



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. De causis constitutæ & euersæ politiæ Iudaicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

um Iacob, huic unum & solum esse uerum D E V M,
qui se patriarchæ Iacob patefecit, & quem Iacob co-
luit.

Secundo testatur, doctrinam de Deo, quam sonuit
Iacob ueram & diuumam esse.

3. Cum euentus responderit huic uaticinio per
Iacob edito, non dubitemus, cætera quoq; euentura
esse, de quibus Vaticinia Prophetarum extant.

4. Docent non casu aut nesciente Deo Ecclesiastis
ferri, sed uerè eam Deo curæ esse.

II.

D E C A V S I S C O N-
stitutæ & euersæ politiæ
Iudaicæ.

Tres sunt præcipuae cause, propter quas politia
Iudaica à Deo constituta est.

1. Ut esset certus populus, & certa sedes Ecclesiæ,
in qua Deus promissiones de Christo ederet & repe-
teret, durauitq; hæc sedes Ecclesiæ annos 1543.

2. Ut uera de Deo Doctrina inde in cæteras gena-
tes spargeretur.

3. Et præcipua. Ut esset certus locus, ubi C H R I=
S T V S nasceretur, doceret, fieret uictima, & resufci-
tatus confiperetur. De hac causa inquit Iacob, Non
auferetur sceptrū de Iuda, donec ueniat Siloh. Exhi-
bito

bito autem Christo hæc politia funditus deleta est,
propter hanc etiam causam, ut esset testimonium,
Messiam uenisse.

III.

*DE TEMPORE
aduentus Christi.*

Perſpicuè definit tempus aduentus CHRISTI, Patriarcha Iacob, cum inquit, Stante politia Iudaici, & durante ministerio docendi publico, Meſtiam uenturum eſſe. Cum igitur iam regnum Iudaicum, & ministerium iudicandi & docendi ferè diuitiis extinctum ſit, quam ante floruerit, neceſſe eſt Meſtiam apparuiffe. Etsi enim antea quoq; in captiuitate Babylonica Sceptrum de Iuda aliquandiu ablatum eſt, (ut ſemper promiſſiones corporales, cum excepcione caſtigationis & crucis intelligenda ſunt:) Tamen de pedibus eius, hoc eſt, Regni reliquijs alii qui duces preſtantes authoritate ſemper fuerunt, nec unquam uel Legiſlator politicus uel ministerium Legis prorsus ſublatum eſt. Nam etiam cum Romani Regnum Iudaicum occupaſſent: Tamen curatoꝝ μίαρ in cultibus diuinis, & iurisdictione inferiori Iudeis reliquerunt. Nunc uero annos amplius 1500, nullam politiæ formam, nullum Legiſlatorem, aut ministerium Legis publicum tenuerunt. Neceſſe eſt igi-

187